

aut illud infumere in operibus pijs, pro anima defuncti, sed restituendum est heredibus: quoniam ex iuris dispositione heredes in totum ius defuncti succedunt: eaque de causa, qui illud distribueret pauperibus, aut infumerent in alijs operibus pijs, pro anima defuncti, non solveret debitum ei, cui iam tunc debebatur, ac proinde teneretur illud iterum solvere vero creditori, sicque in exteriori foro cogereretur. Nisi illud fuisset res determinata in individuuo, quam, excusante eum ignorantia probabili seu inuincibili, dedisset pauperibus, aut infumpisset in alijs operibus pijs, eo modo, quo vtrumque in calce Disputationis precedens est dictum, quando quod sicco erat solvendum, datum fuit delinquenti, aut heredibus illius. Quando autem, quod est restituendum, esset modicum: neque defuncto, ob paupertatem, fuisset facta competentia suffragia, qualia fierent, si id comparuisset tempore mortis illius, idque totum fuisset tunc infumendum in funere & suffragijs, vti que defunctus ille censendus esset, nihil heredibus reliquisset, ac proinde id tunc infumi posset, ac deberet, pro anima illius, aut tanta illius pars infumi eo modo deberet, quanta fuisset consumpta, si tempore sepulture id debitum coparuisset. Quando item res esset modica, neque de heredibus facile constaret, aut difficulte, pro rei qualitate, ac quantitate, & pro distantia loci, ad eos posset deferri, distribui posset pauperibus, aut infumi in alijs operibus pijs, pro defuncto, ac heredum, animabus, prout Deo esset notum, id potius fieri debere.

Quando defunctus haberet descendentes, aut ascendentes, quibus necessario obuenire deberet pars bonorum ipsius, tanquam legitima illis debita, tunc si tertium suorum bonorum reliquisset vni eorum, vel alicui extraneo, aut in aliquod opus pium, vel in hoc regno tertium & quintum reliquisset alicui, aut aliquibus ex suis descendentes, vel quintum alicui extraneo, aut in aliquod opus pium, tunc, quod ita post defunctum ortem esset restituendum, diuidendum esset pro rata portionum bonorum defuncti, in quibus singulis succederent, atque in eadem proportione esset singulis diuidendum, ita vt tertia pars, aut quinta, diuidenda esset inter eos, qui in tertio, aut quinto, succederent, siue, qui ita in eis succederent, essent opus aliquod pium, siue homo aliquis, aut homines aliqui, in particulari. Si autem defunctus solum reliquisset legata certe quantitates ex suo tertio, aut quinto, quantum arbitrabatur se posse extendere sicut tertium, aut quintum, non vero dispo fuisset, vt tertium, aut quintum, suorum bonorum, tanquam quota suorum bonorum, hoc vel illo modo infumeretur, aut vt obueniret alicui, vel aliquibus; tunc, quod post mortem defuncti appareret, aut esset restituendum, accrederet solis heredibus, & nihil legatarijs, inter quos tertium, aut quintum, suorum bonorum, arbitrabatur se eo modo per partes certe quantitates distribuisset, idque nihil impediens, quod si defuncto tempore sui testamenti, aut codicilli, constaret de ea parte suorum bonorum, partem quoque tertiam, aut quintam, illius, sicut & ceterorum suorum bonorum, distribuisset in eisdem, aut in alijs, legatis. Ratio autem est, quoniam, vt dum de vitimis voluntatibus est habitus sermo, sepe est dictum, id totum, quod de suis bonis defunctus non distribuit in legata, ad hereditatem pertinet, estque, inter solos heredes vniuersales diuidendum.

Quando aliquis reliquisset bona sua, aut quotam eorum, distribuenda per aliquem, aut per aliquos, inter pauperes, aut infumenda in aliquo, vel in aliquibus operibus pijs, tunc, quod, tanquam ad ea bona, aut ad eam quotam bonorum, attingens esset restituendum, tradendum est ei, vel eis, cui vel quibus defunctus commisit, vt ea bona distribuerent, aut

infumerent in talibus operibus pijs. Si tamen, qui restituere id teneretur, illud fideliter distribueret, aut infumeret in eisdem operibus suis, non condemnarem eum peccati lethali; quoniam, quod exequutio voluntatis defuncti fideliter per alium fiat, non est notabile damnum, aut iniuria, quae ad lethalem culpam sufficit. Imo vero, si id tradi non posset distributoribus, a defuncto id constituitur, sine probabili periculo honoris, aut famae eius, qui id restituere teneretur, nullum esset peccatum fideliter per se ipsum exequutioni mandare, quoad id, voluntate defuncti: quoniam praesumendum esset, eam esse voluntatem defuncti, essetque irrationabiliter iniustus, nisi contentus esset, vt id ita fieret. Quin, si difficulte transmitti posset ad exequutores, a defuncto designatos, arque, quod est restituendum, non esset magna quantitas, in eo precisè, quod exequutio fieret per eum, qui id restituere teneretur, non arbitraret interuenire in eo euentu peccatum.

DISPVT. 743.

Vtrum soluens creditoris sui creditoris, liberetur ab onere restituendi suo creditoris.

SUMMARIUM.

- 1. Solutio facta a debitore creditoris sui creditoris, tunc in foro exteriori liberat debitorem comparatione sui creditoris, quando pro eodem debito ipse etiam debitor obligatus erat creditoris sui creditoris.
2. Solutio in solo foro conscientiae tunc a debitore fieri licite potest creditoris sui creditoris occulte, quando is secundus creditor licite poterat facere occultam compensationem ex illo creditore debitoris.

Debitum non est, quando debitor de consensu sui creditoris, solveret quantitate aliquam creditoris sui creditoris, eo ipso, tam in conscientia, quam in exteriori foro, liberari ab obligatione eius quantitates comparatione sui creditoris. Difficultas autem est, quando sine consensu sui creditoris id soluit, num in exteriori & in conscientia foro liber maneat. Et quidem quod ad externum forum atinet, Bart. l. solutum, §. solutam, nu. 2. ff. de pig. act. & l. non solum, §. sed si pecunia. ff. sol. mat. quem sequuntur Ioan. Med. de rest. q. 3. causa 1. & Syluest. verb. solutio. q. 4. sic distinguunt. Quod aut debitum est ex eadem causa, vt si Petrus conduxit domum ex Ioanne, quia ego ex Petro conduxit, & tunc, si ego solui Ioanni id pensionis ex conductione eius domus, quod Petrus Ioanni debebat, esto Petrus non consensit in eo, quod ego id ita Ioanni solverem, liberor eo ipso ab obligatione soluendi Petro eandem pensionis quantitate. Si vero Petrus iam Ioanni solverat pensionem domus, tunc, esto Petrus ex alio titulo debitor esset Ioanni alterius quantitates, non liberor ego ab obligatione soluendi Petro pensionem domus, ex eo, quod id iam solverim Ioanni in recompensam talis debiti Petri: quoniam debita non sunt ex eadem causa, sed ex longè diuersa. Aliud exemplum est, si Petrus, vt ageret vtiliter negotium meum, mutuo sumpsit ex Ioanne decem, quae in meum infumpsit commodum, tunc soluendo ea Ioanni, cui Petrus adhuc illa debebat, liberor ab obligatione ad illa decem, quae Petro tenebar, vt colligitur ex l. liber homo. ff. de nego. gest. Ego autem altere dicendum puto. Nemo enim, tunc solum me in foro exteriori, liberari ab obligatione soluendi meo creditoris, quod illi debebam

bono, solum soluere creditoris illius, quando ego quod ad id, quod ita soluit, obligatus eram aliquo modo id iustiter creditori: secus autem si nullo modo eram illi obligatus, quia nullo modo ille agere poterat contra me, vt illud id solverem. Vnde, quia in primo exemplo, conductor secundus domus, debitor est primo locatori totius pensionis; pro qua primus locator domum locavit primo conductori, idque in defectum primi conductoris, primoque locatori hypothecata sunt ex iuris dispositione omnia inuenta in eadem domum a secundo conductore, pro solutione illius pensionis, vt Disput. 439. & 497. est ostensum, ea ratione est illi concessum in iure, vt soluit primo locatori id pensionis, quod nondum primus conductor illi solverat, liberetur ipso iure a solvendo secundo locatori id pensionis pro eadem domo. Similiter in secundo exemplo, quia debitor ille tenebatur Ioanni negotiorum gestorum, aut de in rem verso, ad illa decem, quae mutauerat Petro, vti vtiliter id ageret, & nondum Petro Ioanni solverat, inde est effectum, vt soluendo ea Ioanni, liberetur ab onere ea soluendi Petro actione negotiorum gestorum, simulque liberet. Petrus ab onere ea soluendi Ioanni mutuum habet, si nomen. C. quae res pign. quando creditor aliquis, quod sibi suus debitor debebat, obligauit alicui alteri suo creditoris, tunc quia eo ipso talis debitor obligatus manet ad id debitum soluendum creditoris illi sui creditoris, in euentu, quod suus creditor illi non soluat, inde efficitur, quod quamuis debita non sint ex eadem causa, si talis debitor soluat creditoris sui creditoris, liberetur a solvendo suo proximo creditoris, quod loco illius solve rit, quod tunc tenetur illud solvere creditoris sui creditoris, & non suo creditoris, si a creditore sui creditoris sit admonitus, vt sibi illud soluat, etiam reuocatus suus immediatus creditor, vt in eodem textu habetur. Quod ad forum vero conscientiae atinet dicendum est: Quando debitum quod deberetur Petro, vt gratia, aut heredibus illius, esset occultum, tunc in euentu, in quo Ioannes, verus Petri creditor, posset facere compensationem occultam in bonis Petri, iuxta ea quae Disput. 691. dicta sunt, fas esset tali debitori solvere Ioanni tantum de debito, quod Petro debebat, quantum esset id, quod Ioannes compensare occulte posset in bonis Petri: quoniam non aliud esset quam eum debitorem cooperari cum Ioanne ad eam iustam compensationem, vt Disputatio. 741. est dictum: manetque tunc is debitor liber in conscientia foro ab onere restituendi Petro, aut heredibus illius, quantitate, quam in talem iustam compensationem Ioanni solverat. Atque hoc idem est dicendum, esto, quod Petro debebatur, esset res determinata in individuuo, quando in ea, iuxta ea quae Disput. 661. citata dicta sunt, posset Ioannes facere occultam compensationem. Et quoniam, quae de hac re addi hoc loco poterant, intelligitur facile ex Disputationibus citatis, non plura hac de re hoc loco dicam.

DISPVT. 744.

Bona incerta, quae. Et qua diligentia adhibenda, vt ijs, ad quos spectant, restituantur.

SUMMARIUM.

- 1. Incerta bona quae.
2. Incerta bona antequam alteri, quam proprio domino, restituantur, aut circa illa summi Pontificis auctoritate compositio fiat, quae inquisitio ac diligentia adhibenda, & eius sumptibus.

Incertorum bonorum ne quis fingat dominum, vel ad alium, quae cautela videndum.
Incerta bona, qui non facta a prius competentis diligentia, infumpsit in opere pio, aut illa lata sua culpa tradidit ei, qui se finxit verum dominum, comparente postea vero domino, tenetur integre ea restituere. Et in hoc posteriori euentu tenetur integre ea infumere in opere pio, si constet illum non fuisse verum dominum, nec verus dominus compareat in dubio autem, tenetur partem pro debiti quantitate, infumere in opere pio, & eius illa manet ad ea recuperanda ex illo, qui se finxit dominum.

VT in calce Disputationis 73. dicebamus, bona incerta sunt, quae habent quidem dominum, cum ve ad quem pertinent, seu cui debeantur, sed ignoratur quis is sit; qualia vt plurimum sunt inuentia, quando ignoratur, quis illorum sit dominus, & sunt quadam alia. Inter bona autem incerta non computantur, quae carent domino, eoque, ad quem spectent, & sunt primo occupantis, vt lapilli pretiosi in litore maris aut intra terram inuenta, & similia alia, quae Disput. 72. citata explicauimus, neque thesauri, neque inuisibilia, & vniuersim, quae pro derelicto habentur, neque bona vacantia, quae ad fiscum regis eo ipso spectant, ve haec omnia Disputatione citata explanata sunt, vbi quadam alia adiecitimus, quae hoc loco dici poterant: ea legas, & quae sequentibus Disputationibus conexa cum illis sunt.

VT autem sequentibus Disputationibus explicemus, cui facienda sit bonorum incertorum restitutio, ante omnia est obseruandum cum D. Th. 2. q. 62. art. 5. ad 3. Caeter. ibidem, & cum alijs doctoribus communitur. Antequam restitutio bonorum incertorum fiat alicui, qui non sit eorum dominus, siue, ad quem pertinent, quin & antea quam circa illa auctoritate summi Pontificis compositio fiat, procedere debet diligenter inquisitionem veri domini, eiusve ad quem pertinent, si spes aliqua sit inueniendi quoniam is sit, vt illi tradantur. Porro ea inquisitio fieri debet in locis, ac temporibus, & a personis, in quibus, & ex quibus, recta ratio praescribit, vt fiat, eo quod spes sit ea via deprehendendi, ad quem ea bona pertinent. Quarta vero sufficientis inquisitionis, prudentis arbitrio est iudicanda, attento valore rei restituendae, & attentis vijs, quae occurrunt, vt fiat cum spe deprehendendi, ad quae res pertinet, atque ad tentis sumptibus, qui in ea inquisitione fieri debent praesertim: si ex re ipsa restituenda sint facienda, eo quod neq. in illa accipienda, neque in ea retinenda, interuenit iniustitia, quae ex parte eius, qui illa restituere debet, ratione cuius sumptus, aut maiores sumptus, fieri debent ex parte eius, qui illa restituere debet, ad inueniendum, ad quae ea res pertinet, sed solum in ea inquisitione agatur negotio eius, ad quae ea res pertinet, cuius proinde sumptuos fieri debet. His itaque & alijs circumstantijs concurrentibus attentis, prudentis arbitrio est iudicandum, quousque & quanta inquisitio sit facienda. Interim vero dum spes fuerit, quod deprehendatur persona, ad quam ea res pertinet, restituenda non est alteri, nisi ex rei qualitate intelligatur, personam illam contentam fore, ut in eadem inquam erogetur, aut in alio opere pio, pro anima illius infumatur, sed seruanda erit, aut collocanda in depositum, vt, quando ea persona comparet, ei tradatur, & vt, quando amissa fuerit spes omnis compensationis deprehendendi, infumatur in opere aliquo pio. Quando eram in Lusitania, vbi domus, seu contraheritates, sunt misericordiae, nunquam factis laudata, ad elemosinas, & ad alia misericordiae opera exercenda, eratque spes modica deprehendendi, ad quem bonum aliquod incertum attingeret,

ret, aut, esto esset certum, ad quem id bonum attine- ret, ille erat abfens, modicaque erat spes, illum inueni- endi, confulebam, vt traderetur alicui domui mi- sericordix ad opera pia, quæ ea domus exercebat, pro- ferendo illius, cuius id bonum esset, cum onere, vt si quando dominus rei illius apparet, ea domus illud ei solueret: libenter, ea domus cum eo onere id ac- cepit, chirographumque dabat, quo se astringe- bat, id soluere ei, ad quem attineret, si ille compare- ret, aut aliquando sciretur, qui is esset: quin & ea do- mus onus assumentem facienti diligentiam ad inue- stigandum dominum illius rei, quando via aliqua occurrebatur, qua id sciri posset.

Qui rem tenet, cuius dominum ignorat, cautus esse debet, ne quis se fingat dominum eius rei. Ea ve- rō de causa, quando periculum eiusmodi fictionis ti- meri iuste potest, sanum consilium est, rem non offe- dere, sed manifestare rem in specie, nec quantitatem nec qualitatem illius, nec ceteras circumstantias de- tegēdo, vt, qui se dixerit dominum illius, id compro- bet rei quantitatem, qualitatem, ac ceteras circum- stantias, exprimitendo. Neque enim cuiquam asserē- tis, se esse dominum illius, est facile credendum, nisi id probet, aut verisimiles sint coniecturæ, quæ id per- suadeant. Quam autem diligentiam is facere teneat- ur, qui rem aliquam inuenit, ad compendiū, quis fit dominus illius, vt eam illi tradat, & ipse de furto suspectus non habeatur, & vt non puniatur tanquā fur, Disp. 68. 1. est dictum.

Quando aliquis, non ductus verisimilibus conie- cturis, quibus merito sibi persuaserit, eum, qui se fin- xit dominum rei, quam tanquam incertam ad quem attineret ipse tenebat, verē dominum illius esse, illi eam tradidit, aut quando, non facta prius debita dili- gentia ad inquirendum dominum rei alicuius, illam tribuit pauperibus, aut in aliud opus pium illam in- samplit, tunc, comparate postea domino, tenetur illi eam restituere, vt Caietan. in responsione ad ter- tium citata, & doctores alij affirmant: quoniam nō potuit eam illo modo in præiudicium veri domini alienare. Si tamen, attenta qualitate persona, accir- cunstantiarum concurrentium, excusaretur à culpa lata in tali alienatione, tunc, quia id in nullum suum commodum proprium fecit, neque item tenetur ad restitutionem ex parte rei accepta, quæ apud ipsum non manet, vtique ad nullam restitutionem tene- tur. Quo loco obserua, quando sua culpa lata, con- iuncta cum theologica culpa, rem illam tradidisset ei, qui se finxerat dominum illius, tunc, si certum po- stea compareret, eum non fuisse dominum illius, te- neretur inquirere verum dominum, eamque illi re- stituere, recuperando illam ab eo, cui illam dedit, aut eam soluendo de suis proprijs bonis. Non in- uento autem domino illius, tenetur simili modo eam restituere, tribuendo illam pauperibus; aut in- sumendo illam in alio opere pio pro vero domino rei illius. Quod si dubium esset, an is, cui ita culpa- biliter eam tradidit, verē esset dominus rei illius, & facta debita diligentia, idem dubium remaneret, tunc, pro quantitate dubij, tenetur restituere solum partem valoris illius, modo paulo antea explica- to, maiorem vel minorem, prout maior vel minor es- set probabilitas, illum, cui eam tradidit, non esse do- minum illius. Quando autem aliquis, ommissa de- bita diligentia ad inquirendum dominum rei, illam tradidisset pauperibus, aut in sumptisset in alio o- pere pio, tunc solum tenetur facere debitam dili- gentiam ad inquirendum verum illius dominum. Si autem inueniret quis is esset, tenetur eam illi re- stituere, vt dictum est, nihil impediēte, quod in opere pio pro salute animæ illius eam distraxisset, nisi ille ratum id haberet. Quod si facta debita dili- gentia, deprehendere non posset quisnam ille es-

set, ad nullam aliam teneretur restitutionem: quo- niam, si tunc alicui esset faciēda, esset infundenda in opus pium pro anima domini illius: id verō iam opere præstitit.

DISPV. 745.

De restitutione ita incertorum, vt licet in- certum sit, cui, aut quibus, in particula- ri, debeatur, certum tamen est, alicui, aut aliquibus, ex certis quibusdam, id deberi.

SVMMA RIVM.

- 1. Incertorum, cuius sint, duo genera.
2. Incertum, ad quem ex quibus paucis aliquid perti- neat, & certum quod ad illum aliquid pertineat, quomodo omnibus restituendum. Si autem transla- tio aut compositio fiat inter eos circa eam res, tunc, esto postea comperiat, ad quem ipsorum attine- rit, non est illi reddenda.
3. Restitutio directi ex aliqua ciuitate bello iniusto, quā do ignoratur, cuius id fuerit, quo modo faciēda.
4. Vtendū in aliqua ciuitate vel oppido si multos defrauda- uit in pondere aut mensura, quomodo debeat res- titutionem facere.

QVod aliquis tenet, restituere tenetur, duobus modis potest esse incertū ad quē pertinet. Vno, quia constat, alicui, aut ali- quibus, ex certis quibusdā id deberi: facta autē debita diligentia, dubium manet, cui, aut quibus, in particulari ex illis quibusdā debeatur. Alie- ro verō, quia prorsus id incertū, cui, aut quibus, debeatur, ita quod non dantur pauci aliqui prudentis arbi- trio, comparatione eius, aut eorum, quibus in parti- culari id debetur, quibus certum sit deberi, & igno- ratur, cui, aut quibus, ex illis debeatur in particulari. Quod dico, quoniam licet certum sit alicui, aut ali- quibus duobus, ex aliquo oppido aliquid deberi, si ignoretur cui, aut quibus, ex illo oppido debeatur, non efficit id incertum primo, sed secundo modo, vt varius modus, qui hac & sequenti disputatione ex- plicabitur, in restituendo sit seruandus. Hac itaque disputatione sermo erit de incertis primo modo, & sequenti de incertis modo secundo.

Quando certum est, aliquid ad aliquem duorum, trium, aut quatuor, verbi gratia, pertinere, & facta competentī diligentia, dubium incertumque maneat, ad quem eorum attineat, tunc restitutio rei illius nō est faciēda pauperibus, aut infundenda illam in alio opere pio, sed ea res illis omnibus est tradenda, vt pro quantitate dubij, ad quem, aut ad quos, potius illa pertineat, inter ipsos compositionem seu transactionem faciant, vel circa illam sortes mitten- do, vel eam inter se diuidendo, vel vno eam accipie- te, & compensante alijs ius dubium, quod circa il- lam habebant, partē illius, quas ratione eius iuris dubij prætereant: eo modo, quod in mate- ria de bello supra Disputatio. 103. dictum est fieri debere, quando res esset dubia, ad quem duorum at- tineret, antequam quisquam eorum illam bona fide cepisset possidere. Ita Caiet. 2. 2. questio. 62. articu- 5. ad 3. Sotus. 4. de iust. questio. 7. art. 1. ad 3. & docto- res communiter. Quo loco obserua, facta inter il- los de communi consensu transactione circa eam rem, modo explicata, esto postea comperiat, ad quem eorū in particulari ea res attineret, reliquos non teneri reddere illi, quod in compensationem pro

pro iure tunc dubio de communi consensu accep- tur, etiam si aliqui eorum, ad quem verē non atti- nebat, eam totam obtinuerit, quia forte ei contingit, vt ex ijs, quæ in materia de transactione Disp. 56. patet. Ratio autem est, quoniam fuit quasi venditio iuris dubij, quod in illa re prætebat, pro eo, quod in recompensationem ita accepit, quicquid rei veritas tunc haberet, aut temporis progressu depre- henderetur.

Sotus vbi supra ait. Quando in direptione alicui- us ciuitatis aliqua bello iniusto essent capta ex ali- quo, atque ignoraretur, quis esset in particulari, re- stitutum esse mittendam ad administratores eius ciuitatis, vt illa distribuerent inter ciues. Id verō so- lum probare, quando à varijs militibus diuersa ef- sent ita iniuste direpta ex eadem ciuitate, & verisimilitudo esset, quod multi restituerēt: quando enim multa diuersorum restituerentur, & ignoraretur ad quos ciues illa attineret, ille esset bonus resti- tuendi modus in eo euentu: atque etiam quando re- stitueretur res aliqua eadem numero, quæ fuit iniuste direpta, & ignoraretur, ad quem pertineret: mit- ti enim tunc potest ad potestates publicas, vt inuesti- garent, ad quem attineret, illique eam restituerent, alioquin eam distribuerent pauperibus, aut infunde- rent in alio opere pio. Quando autem restituendum esset vni tantum de populo, & omnino sciri non pos- set, quinam is esset, res non est diuidenda inter ci- ues diuites, sed restitui debet pauperibus, aut debet infundi in alio opere pio pro anima eius, ad quem ea res attinebat.

Quando aliquid esset incertum, ad quem, aut ad quos, in singulari attineret, quia aliquis vendendo in aliqua ciuitate, aut oppido, multos defraudauit in pondere, aut mensura; aur ad mensuram quam vi- no, quod est in vini mensura defraudare, aur alio si- mili modo, ignoratque ementes in particulari, & quā- tum vnumquemque ita per minima defraudauerit, tunc, si coniectura sit, plus minus, perleuare eorū de- ementes, aut ementium haredes, optimus restitue- di modus erit, vt tantumdem, qui ita defraudauit, in pondere, aut mensura accretat, vel decrescat in pre- tio, ita vt ad æqualitatem eidem reipublice restituatur quoad eosdem emptores, quas maximè fieri possit. Tenetur verō referre eas portiones ijs, quos emisse recordabitur, nec videtur accedere ad emen- dum. Item sanum consilium erit, si aliquid re feruet de summa rota, quam restituere tenetur, quod distri- buat pauperibus, aut in alijs pijs operibus infumat pro animabus eorum, quos defraudauit, & ignorat, qui sint, nec accedant ad emendum.

DISPV. 746.

De restitutione omnino incertorum. Et non inuenta, quando, facta diligentia, nescitur, cuius sint, restitutioni sint obnoxia.

SVMMA RIVM.

- 1. Incertorum omnino poss. factam diligentiam compe- tentem, ad quem pertineat, restitutio est faciēda pauperibus, aut ea infundendo in alijs operibus pijs.
2. Inuenta similiter sunt restituenda.
3. Incerta quando, post competentem diligentiam ad in- ueniendum dominum, restituta sunt pauperibus, aut ea infundendo in alio opere pio, si postea com- periat dominus, tunc, qui illa ita restituit, non tenere-

tura iterum ei restituere, & quid de pauperibus, & de alijs, ad quos derivata sunt.

QVod attinet ad omnino incerta, ad quem pertineant, communi sententia doctrinæ affirmat, quando facta debita dili- gentia nō comperitur dominus eorum, neque est ipse, quod comperitur, restitutionem eor- um faciendam esse pauperibus, aut infundendam esse in opere, aut in operibus pijs, pro anima illius, cuius ea bona sunt, vt in redemptionem captiuorum, in re- sarcienda aut erigenda Ecclesia, in emendis orna- mentis ad diuinum cultum, in luminarijs sanctif- sime Eucharistix, & in similibus alijs. Ita Dicus Thom. 2. 2. questio. 62. articu. 4. ad secundum, Caiet. ibidem, & in summa verb. restitut. cap. 4. Ioan. Med. de restit. questio. 3. causa. 10. Nauar. in Man. cap. 27. num. 29. & 17. Couar. rec. peccatum par. 3. §. 1. num. 2. Syluest. verb. restit. 3. quest. 2. & 3. & ple- rique alij.

Sotus 5. de iust. questio. 3. articu. 3. ad secundum, quamvis fateatur sententiam hanc veram esse in alijs bonis incertis, communemque eam esse, sicut theo- logorum, quā iuris canonici interpretē, circa bona etiam inuenta, neque omnino contradicere audeat, propendit tamen, eum, qui inuenit aliqua bona, factaque morali diligentia, non inuenit, cuius sint, non teneri restituere ea pauperibus, aut infunde- re illa in alijs pijs operibus pro anima illius, cuius sint, sed posse ea sibi ipsi vsurpare, nihil impediē- te, quod dicitur sit. Eandem sententiam multo hodie amplectuntur.

Ducitur Sotus. Primò, quoniam illa iure natu- ræ ac gentium sunt inuentoris, non secus ac thesauri: nullumque est ius positium, euangelicum, aut ecclesiasticum, quod illa pauperibus tribuat: ergo potest inuenitor illa, tanquam sua, sibi retinere. Ma- iorem probat, quoniam, stando in solo iure natura- li, omnia sunt communia, de iure autem gentium id, cuius non exat dominus, est primò occupantis: sed ergo eo ipso, quod facta est debita diligentia, & non inuenitur rerum inuentarum dominus, perinde res inuenta se habeat, ac si dominum non haberet, com- sequens est, vt sit inuentoris, qui primò illam occupa- uit. Minorem verò probat, quoniam ad proban- dum inuenta restituenda esse pauperibus, non aliud ius citatur, quā cap. tu. de vsuris, & similia alia iura, in quibus pecunia vsurariè aut simoniacè ac- quisiua adiudicatur pauperibus: quæ tamen iura so- lum loquuntur de malè partis, de quorum numero non sunt inuenta.

Secundò, quoniam ante legem euangelicam veri- simillimum est, naturæ ac gentium iure res inuen- tas, facta debita diligentia ad inquirendum domi- num, nec eo inuento, fieri inuentorum: ergo non est, cur in lege euangelica dicamus, inuentores de iu- stitix rigore teneri illas restituere.

Cum communi tamen doctorum sententia est as- firmandum, quæcūque bona omnino incerte, etiam inuenta, restituenda esse pauperibus, aut infundenda esse in operibus pijs pro anima illius, cuius ea bona sunt. Ratio autem hæc est. Quoniam res vere habent dominum, tamen si ignoretur, quis is sit, neque id po- test Sotus negare circa bona inuenta: etenim, si, post factam competentem diligentiam ad inueniendum verum eorum dominum, dominus casu compareat, non negabit Sotus, inuentorem teneri illi ea resti- tuere: neque enim ex eo, quod dominus illa amiserit, & alius ea inuenierit, adhibuerit que diligentiam debitam ad dominum inueniendum, verus domi- nus amiserit dominum eorum, illudque comparauit, qui illa inuenit; alioquin etiam comparente vero do- mino post eam diligentiam adhibitam, non teneretur

re inuentor eam restituere: quia ergo bona illa do-
minum habent cum, qui illa amittit, restituenda illi
sunt meliori modo, quo id fieri possit, atque iuxta
presumptam illius voluntatem in eo euentu: volun-
tas autem presumpta fidelis populi in eo euentu est,
vt pauperibus distribuantur, aut insulantur in alio
opere pio in bonum spirituale eius, cuius sunt, atque
in satisfactionem pro peccatis illius: ergo restituenda
sunt pro anima illius, cuius ea bona sunt.

Dices: Saltem quando bona illa essent alicuius in
fidelis, restituenda non essent pauperibus, neque in-
sumenda in alio opere pio. Respondendum est. Etiam
tunc obligationem esse restituendi de modo bona il-
la. Tum quia nulla est gens tam barbata, qua non ar-
bitretur, Eleemosynas esse bona opera, & qua non
eligat, vt, quando bona sua sibi non possunt restitu-
di, distribuatur potius pauperibus, quam retineantur
ab inuentore. Tum etiam quoniam bona illa insula-
nt Christianis in operibus pijs pro salute eorum, quo-
rum sunt, adiumento illis est, vt Deus propitius il-
lis sit ad eis miserendum: quod si ipsi scirent, gra-
tiam haberet, etiam concluderet, neque Christianos
teneri restituere pauperibus, quae ex infidelibus iniu-
ste acciperent per viuram, aut furtum, in euentu, quod
postea nescirent, quinam essent illi, quibus ea debe-
rent, sed posse illa sibi retinere, eo quod similiter non
esset voluntas praesumpta eorum, quibus debentur,
quod tribuerentur pauperibus, aut insumerentur in
alijs operibus pijs: id autem Sotus, & autores alij
eius sententiae non concedunt.

Ex ratione explicata emanat e. cum tu de viuris
citatur, quo, sub poena denegationis sacramentoru
ac ecclesiasticae sepulture, viurarij restituere cogun-
tur viuras acceptas, vel ijs ipsis, ex quibus eas acce-
perunt, vel eorum heredibus, vel his omnibus deficien-
tibus, pauperibus, ac ratio ibi redditur, quia non di-
mittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Quo in
loco erogatio pauperibus in eorum defectum, & qui
bus viuras acceperunt, & in defectum heredum ip-
sorum, non statuitur in poenam viurarijs, sed tan-
quam obligatio, quam ex natura rei habent, vt e
de homine, vbi a contrario sensu aperte innuitur. in
eorum defectum, quibus aliquid debetur, restituend-
um esse id pauperibus. Q ue iura, & similia alia, con-
firmant communem doctrinam sententiam. Atque
in hunc modum possumus contra Sotum argumen-
tari. Si bona, quorum post debitam factam diligentiam,
ignoratur dominus, re vera carerent domino,
aut perinde haberent, ac si domino carerent, vt es-
sent primo occupantis, sequeretur, acquisita per fur-
tum, aut viuram, quorum postea similiter ignora-
retur dominus, esse primo occupantis, ac proinde
vel posse licite retineri ab viurario aut fure, vel certe
posse licite accipi a quoque alio: quod Sotus
nulla ratione admittit. Sequi probatur, quoniam ex
eo fundamento affirmat Sotus, bona inuenta fieri
inuentoris tanquam primo occupantis. Neque satis
facit, quod Sotus videtur innuere, nempe huc que ini-
que fuerunt occupata, iura citata ad iudicare paupe-
ribus, ea que de causa illis debentur. Non, inquam, hoc
satis facit. Tum quia, si iura saltem, ea iuris disposi-
tione, possent viurariis ac fure licite illa sibi retinere.
Tum etiam quoniam capita citata non condunt no-
uum ius, sed solum explicant, quid natura ipsa rei ha-
beat, vt inuenta ea iura est manifestum. Tum deni-
que quoniam, esto in poena delicti ea ad iudicare paupe-
ribus, possessores tamen non tenerentur eam
poenam ante latam sententiam executioni manda-
re. Illud hoc loco obserua, quamuis iura illa solum
pauperum meminerint, rationem tamen eius dispo-

ficionis redditam probare, posse etiam ea bona insu-
mi in alia pia opera pro anima eius: cuius ea bona
sunt. Id quod confirmant Syluest. vbi supra. q. 7. &
Nauar. in Man. c. 17. no. 93. cum Ioanne Andrea
communiter recepto, quoniam ecclesiasticae redditus
restitutioni obnoxij applicari possunt non solum
pauperibus, sed etiam operibus alijs pijs, vt alio in
loco est ostendendum.

Ad primum ergo Soti argumentum neganda est
maior. Ad probationem vero neganda est minor il-
la propositio, nempe inuenta, post factam diligentiam
ad dominum inueniendum, per inde haberi,
ac si dominum non haberent. Cum enim dominum
habeant, vt est ostensum, (in quo a thesauris diffor-
m) iuxta presumptam talis domini voluntatem in
ipsis spirituale commodum, atque in Dei laudem
sunt restituenda, neque potest inuentor ea sibi con-
tra presumptam domini voluntatem, vt supra est
ostensum.

Ad secundum negandum est antecedens. Cum
enim dominum habeant, vt est ostensum, non est
cur tunc fierent inuentor. Quod si tunc abusus alij
quis inter aliquos ea de re fecit, illud sane esset, quod
hominem tunc non essent adeo sollicitus de vita aeterna,
& salute animae suae, atque de inquirendo, quid
de similibus rebus fieri deberet, & quando post com-
petentem diligentiam non reperiret dominum. Iu-
ra autem ciuilia vt fures puniebant eos, qui non ma-
nifestabant res inuentas, aut eis vtentur, nec com-
petentem diligentiam adhibebant ad dominum ca-
rum inueniendum, vt disputatio. 68. i. explanatum
fuit.

Dubium est, si bona inuenta, aut alia ratione in-
certa, post diligentem domini illorum inquisitionem,
amissam que spem illa inueniendi, tribuantur paupe-
ribus in elemosynam, aut in alijs operibus pijs
insuntantur, & postea compareatis, ad quem atti-
nebant, num, quod ita illa distingeri, teneatur ea illi
restituere. Ad quod negatur est respondendum
cum Syluest. verb. restit. 8. quaestio. 4. & cum Soto-
4. de iust. quaest. 7. art. 1. ad tertium, qui enim ita illa
distribuit, rationabiliter id agit, negotium illius, iux-
ta existimationem, quae tunc erat, vt illic agendo: qua
re, cum neque ratione rei accepta, neque ratione ini-
iusta acceptiois, teneatur illi restituere bona, quae
ita distribuit, consequens est, vt nulla ratione teneat-
ur ea illi restituere.

Maius dubium est de pauperibus, si adhuc in po-
testate ipsorum extent, que ita in elemosynam ac-
ceperunt. Ac dicendum arbitror, quod ita apud ip-
sos extaret, restituendum esse vero domino, si is id
ita vellet. Quoniam distributio videtur facta sub
tacita conditione, si non compareat dominus, in-
quam ea bona consumantur, aut alienentur, ab ip-
sis pauperibus, qui illa in elemosynam proximè ac-
ceperunt pro anima illius, cuius erant. Neque alie-
ter vtiliter ac rationabiliter gereretur negotium e-
ius, ad quem ea bona attinebant, ac proinde nec va-
lide. Si autem alienata, aut consumpta iam essent,
etiam si existerent in manu illius, cui a pauperibus
alienata sunt, sane restituenda non essent, neque ven-
dicari in foro exteriori possent, non solum in iuris-
dictione publica distributa ita fuerant pauperibus, sed
etiam si autoritate priuata vtiliter, modo explica-
to, agendo negotium illius, cuius ea bona erant: es-
set enim irrationabilis & iniusta conditio, si ita tra-
derentur in elemosynam, vt etiam postquam
licite alienata essent a pauperibus, aut ad
aliud opus pium, restituere illa te-
nerentur domino comparenti, aut ad
quod illa accepertur bona
fide, maxime one-
roso titu-
lo.

Ad prima
argum.

Ad secun-
dam.

DISPV. 747.

Quibus pauperibus restitutio bonorum
incertorum fieri debeat. Et num ad il-
la distribuenda necesse sit interueniat
Episcopi autoritas.

SVMMA RIVM.

1. Incertorum restitutio quibus pauperibus fieri debeat. Et num si is, qui facere eam debet, pauper sit, possit sibi etiam partem, aut totum applicare.
2. Eleemosyna quando ab uno fit per alium, quod instrumentum, per quod fit, in peccato sit lethali, non impedit, quod satisfactoria ei sit, qui illam fieri praecipit.
3. Incertorum restitutio fieri potest pauperibus sine autoritate Episcopi. Et in quibus euentibus possit Episcopus se in ea intrinsece, aut eam facere.
4. Reseruare nihilominus sibi Episcopi possunt lethale peccatum commissum ob usurpationem bonorum incertorum, aut ob dilationem restitutionis illorum. Et quae ea de re sint in archiepiscopatu Eurenensi san-
cita, & quo modo intelligenda.

Quod ad primum eorum, quae proposita
sunt, attinet, dicendum est. Satis esse, si
verè pauperibus distribuuntur. Quo-
rum nomine non intelligo quoscunq,ue,
qui sufficientia ad suum statum non habent: neque
item solum illos, qui adeo pauperes sunt, vt cogantur
mendicare ad alijs: sed etiam illos, qui, attenta
ipsorum qualitate, notabiliter egestate premuntur:
quales sunt multi arduis pauperes, & personae
quae dam nota alicuius, quae praeegetate quasi a suo
statu deciderunt, egestate admodum sustentantur.
Atque iuxta haec intelligo, quae Nauar. in Man. c. 17.
num. 93. docet.

Verum autem, si pauper aliquis bona aliqua in-
certa apud se habeat, quem admodum restituere ea
possit alijs pauperibus, sic etiam possit accipere ea
sibi in elemosynam tanquam pauper. Affirmari
est respondendum cum Caiet. 2. 2. quaestio. 62. arti-
cu. 5. ad tertium. Nauar. vbi sup. & alijs. Praesertim,
si non iniuste deuenit in possessionem eorum bono-
rum, per furtum, viuram, aut alia via iniusta, sed ca-
su illa inuenit, aut licite alter in ipsius potestatem
deuenerunt. Neque enim iudicio est deterioris co-
ditionis, quam reliqui pauperes, quod in ipsius pote-
statem deuenit, ipseque ea distribuere teneatur,
vt non possit omnia, aut partem eorum, perinde ac-
cipere in elemosynam, atque alius possit ei illa in
elemosynam dare, si alius eadem bona incerta si-
militer haberet, distribuereque ea teneretur. Eo-
dem modo, quando alicui a testatore, aut ab aliquo
alio, commissa esset distributio aliquorum bonoru
inter pauperes, si ipse pauper esset, eique compe-
tentem qualitates pauperum, inter quos est iniunctum
vt fiat ea distributio, vt si dictum fuit, vt distribuere
inter pauperes tales oppidi, & ipse pauper ef-
set de eodem oppido, possit ipse sibi tantam partem
licite in elemosynam vt supra, quantum licite tri-
buere possit alteri pauperi eiusdem conditionis se-
cum. Quando autem, qui bona incerta distribuenda
inter pauperes haberet, non tanta praerogative ege-
stata, vt cogeret mendicare ab alijs, consilium es-
set, vt peteret sibi ea in elemosyna applicari a pre-
lato, parrocho, vel confessorio. Et quamuis aliqui du-
bitent, num, vt elemosyna proficit, satisfactoriaque
ei sit, cuius sunt ea bona incerta, necesse sit talem
elemosynam applicari ab aliquo alio, ea que de cau-

sa studeant, vt semper, quando tenenti bona incerta
sunt in elemosyna applicanda, applicatio ei fiat
per parochum, aut per confessorium; ego tamen non
dubito applicationem in persona eius, cuius sunt ea
bona, factam in elemosynam ab eo, qui illa tenet,
esse satisfactoriam ei, cuius sunt, etiam si sibi met ea
tenenti fiat applicatio.

Deus quippe tunc non tam respicit, ad eum effe-
ctum, personam, quae ea bona in elemosynam ap-
plicat, quam eum, cuius nomine eo loco applican-
tur. Atque hac de causa mihi omnino persuadeo,
elemosynam a defuncto relicta, vt post ipsius mor-
tem tribuatur pauperibus, satisfactoriam esse defun-
cto, esto exequutor in culpa sit lethali, quando illam
pauperibus tribuit quomam non est elemosyna in
strumentum, per quod distribuitur, sed eius, qui per id
instrumentum illam tribuit. Idem quoque est di-
cendum de elemosyna, quam viuis per alios de suis
bonis fieri praecipit: prodest enim ei, cuius nomine
ac de cuius bonis datur, esto instrumentum, per quod
datur, in culpa sit lethali.

Dixi supra, praesertim si non iniuste deuenit in
possessionem eorum bonorum: quoniam si iniuste
deuenit, arduus est cogendus restituere, post factam
diligentiam & inquisitionem eius, ad quem pertinent,
eoq, non inuenit, amittatq, spe illum inueniendi: id
que ne, spe alteri, ut liceat similis, facinorosis. Quae
do autem notorie esset pauper, cui admodum graue
esset restituere, applicari illi possent a prelato, pro-
posito, aut confessorio, in elemosynam, vt & cuius al-
teri pauperi.

Verum autem necesse sit elemosynam de bonis
incertis fieri pauperioribus, & inter eos fieri melio-
ribus. Dicendum est, quamuis consilium sit, vt ita
fiat: tum quia id melius est in se: tum etiam quia fi-
delior erit dispensator, qui id ita fecerit: satis tamen
esse, si fiat pauperibus. Ita Nauar. vbi supra & alij.
Necesse item non est, iniungere pauperibus onus
orandi pro domino eorum bonoru, esto illa tenens,
sibi met ea applicet. Neque item est necesse, restituti-
onem eorum bonorum fieri pauperibus eius loci,
cuius ille erat, ad quem ea bona pertinere debent: tamen si,
ceteris paribus, consentium sit, eis pauperibus distri-
bui, tanquam consentaneum magis praesumptae vo-
luntati illius, ad quem ea bona attinebant. Haec de
primo eorum, quae proposita sunt.

Quod vero attinet ad secundum, quamuis aliqui
asseruerint, necessarium esse Episcopi autoritatem,
vt bona incerta pauperibus distribuantur, aut insu-
mantur in alijs operibus pijs. Communis tamen do-
ctorum sententia affirmat, necessarium non esse.
Quia addit Episcopus impedire non posse, quom-
nibus, qui ea bona tenent, illa distribuatur. Ita Ioan. Mc-
de. de rest. quaest. 1. causa. 10. Nauar. in Man. cap. 17.
num. 92. Syluest. verb. rest. 8. quaestio. 5. & plerique
alij. Possent tamen Episcopus in aliquibus euentibus
vt supra assumptum distribuendi praedicta bona.
Primum est, quando, quia illa distribuere debebat, mor-
tus esset, neque heredem, aut exequutores, reliquos
fer, qui ea distribuere. Secundus, quando, qui ea bo-
na teneret, esset suspectus, de quo verum inter esset
timendum, non esse rectum numerum. Hac ratione cap-
pit, cum sit de iudicis praecipitur, vt male parta per
Iudaeum, que inter pauperes erant distribuenda, dig-
ce sanis arbitrio distribuatur. Atque idem est in eo
viurario, de quo non esset sciendum, quod restitue-
ret male parta, quorum dominus ignoraretur. Hinc
enim, & cuiusque alicui, qui non restituere similia
bona, quae restituere teneretur, praecipere Episcopus
possit, vt ea sibi ad restituendum traderet, vel vt ea
debetur ipse distribuere, sciente Episcopo, vel per
sona alia ab Episcopo deputata, quibus & quantum
cuique restituere. Item, si Episcopus intellexeret
aliqua

aliqua indebitè distribui, cogere posset, vt debite distribuerentur, ea per se ipsam distribuendo, sicut esset opus. Ita Nauar. & Syluest. vbi supra, ac alij.

Quamuis, qui bona tenent incerta, possint per se ipsos ea distribuere, neque aliter se possit episcopus intrinsece in eorum distributione, quàm modo explicato; nihilominus peccati lethalis, quod tenores episcopi abolitionem peccati lethalis, quod tenores eorum bonorum commiserint, sibi usurpando predicta bona, vel differendo illorum restitutionem. Post sunt item præcipere confessariis, ab ipsis non exemptis, vt de eiusmodi bonis nihil disponant, sed dispositionem episcopis ipsis remittant, vt melius ea dispositio fiat, & vitentur abusus ac scandala, quæ euenire solent, dum confessarij aliqui per imperitiam male aliqua circa ea bona consulunt, aut cupiditate iubent ea ipsis tradi. Sic in Euorensi archiepiscopatu, dum in Lusitania commorabar, in constitutionibus tituli. 3. c. 6. Archiepiscopus sibi omni non referuabat abolitionem peccati eorum, qui tantam quantitatem bonorum incertorum retinerent, quæ attingeret valorem de tres milreis. Quod si minoris essent valoris, concedit absolui a confessarijs posse, modo tamen valor ille, aut pignus, quod id valeat, loco illius, prius tradatur vicario, quem vocant da vara por anteo escriuam de seu cargo. Quo loco obserua, quando neque in occupatione, neque in retentione talium bonorum lethale peccatum interuenisset, tunc nullam esse reservationem, vt est perspicuum. Item, esto lethale peccatum interuenisset, si tamen penitens distribueret iam ea bona pauperibus, aut illa insumpsisset in alijs operibus pijs, ad idue ea ita tradidisset, ita quod iam ad nullam eorum restitutionem teneretur, nullam quoque esset iam reservatio peccati præteriti commissi. Quoniam reservatio solum erat, vt penitens adduceretur ad tradendum ea bona Archiepiscopo immediate, si pertingerent ad valorem trium milium reals, vel ad tradenda ea, aut pignus loco eorum, vicario, si ad eum valorem non pertingerent, consuetudoque in eo archiepiscopo patu est interpretata, peccatum præteritum non esse in eo euentu referuatum. Confessarij autem, qui, interueniente lethali peccato in occupatione, aut retentione, talium bonorum, abfolueret antequam illa modis explicatis traderentur, vel antequam penitens illa distribueret pauperibus, aut ea traderet insumenda in alijs operibus pijs, committeret lethale peccatum sacrilegij, absolutioque esset nulla. Postea in additionibus eidem constitutionibus factis fuit sancitum, vt in singulis Ecclesijs, vbi sunt vicarij da vara, essent arca quedam, in quibus mitterentur ea bona incerta, quæ essent restituenda, & vt eo ipso, quod in eam arcam essent missa, peccatum non esset referuatum. Obserua tamen, penitentes, non reperit illorum domino post adhibitam competentem diligentiam, non teneri mittere ea bona in arcam illam, sed posse illa distribuere pauperibus, aut insumere in alijs operibus pijs. Antefactam autem debitam diligentiam, amissamque spem reperiendi proprium eorum bonorum dominum, necesse esset mittere ea bona in illam arcam: eo quod id cecleret in præiudicium domini illorum, nondamque sunt debita, vt pauperibus distribuuntur, aut vt insumantur in alijs operibus pijs, neque item sunt interam bona simpliciter incerta: quare, esto precessisset peccatum lethale in illis occupandis, aut retinendis, non esset tale peccatum referuatum, sed posset absolui penitens, statuto firmiter, se adhibitorum debitam diligentiam ad sciendum dominum eorum bonorum, restitutumque ea tempore congruo. Quod si ante adhibitam diligentiam debitam ad inquirendum proprium illorum dominum, amissamque spem illum

inueniendi, mitterentur ea bona in arcam illam, tenore eorum, qui illa mitteret cum iniuria proprij illorum domini, teneretur postea facere competentem diligentiam ad eum inquirendum, eoque inuenito, teneretur de suo ea illi restituere, quando ex arca non posset illa recuperare, vt proprio illorum domino traderentur. Excipie, nisi iniuicibilis ignorantia illum excusasset a peccato, mittendo ea bona in arcam illam. In eisdem quoque additionibus ad constitutiones illas sancitum est fuit, vt, quando, qui ea bona sibi occupauit, aut iniuste demittit, soluendo illa non est, pro prima vice constituatur ei certum tempus prudentis arbitrio ad illa restituendum, ac abfoluatur, esto valor excedat quantitatem trium mille reals. Et vt, transacto eo tempore, si ad confessionem accedat, eis bonis minime restituatis, casus sit omnino referuatus. Quo loco obserua, si toto eo tempore ad restituendum illi præscripto, ob impotentiam, aut aliqua alia iusta causa, non restituit, ita quod non accedat cum nouo lethali peccato, eo quod eo tempore non restituerit, tunc absolui a reliquis peccatis posset, esto non restituerit. Cum enim tunc nullum commississet peccatum non restituendo, non haberet peccatum referuatum, ratione cuius non posset absolui. In eisdem additionibus sub pena excommunicationis ipso facto incurrendæ præcipitur confessarijs, vt neque per se neque per alios applicent in suis commodum restitutionem bonorum incertorum. Vicarij item, & quibuscumque alijs, ad quos diuenerit restitutio aliqua bonorum incertorum, præcipitur (tamen non sub pena excommunicationis) vt illam in eam arcam mittant.

DISPV T. 748.

Vtrum, qui circa bona incerta summi Pontificis autoritate compositionem faciunt, tuti sint in conscientia.

SUMMARIUM.

1. Compositio locum non habet circa certa, que alicui debentur, illique, aut heredibus illius, restitui possunt, sed solum circa ea, que pauperibus sunt restituenda, aut insumendo illa in alijs operibus pijs.
2. Compositio locum non habet autoritate summi Pontificis circa bona Ecclesiastica, quorum restitutio facienda est Ecclesijs, pauperibus, aut insumendo illa in alijs operibus pijs, & qualiter hodie bulla cruciata in hoc regno fiat. Locum vero non habet circa ea Ecclesiastica bona, que restituenda sunt confocijs, ob non interuentum illius, qui illa restituere consocijs tenetur, aut alia ratione.
3. Quando suspecta eiusmodi compositio censenda sit, non liberet in foro conscientie, quando non item.
4. Quando aliqua in penam restituenda essent pauperibus, aut insumenda essent in alijs operibus pijs, hauriri circa illa potest compositio, non solum autoritate summi Pontificis, sed etiam alterius, qui non condidisset legem.
5. Circa bona, que debentur priuatis, & que alicui restitui debentur, aut insumenda sunt pauperibus, aut insumenda illa in alijs operibus pijs, quia ignoti illi sunt, quibus fieri debet restitutio, aut quia vnde sunt remota sine spe reuertendi, aut alijs de causis, compositio fieri potest autoritate summi Pontificis, & quæ accomodatæ debet fieri debeat ad creditorum præsumptam voluntatem, & qualiter bulla cruciata fiat.
6. Compositio fieri potest, etiam circa bona iniuste occupata, que quauis iusta de causis restitui non possunt, nisi quibus debentur, si foris non hereditibus restituentur.

- da tamen sunt pauperibus, aut insumendo illa in alijs operibus pijs.
7. Compositionem non possunt concedere Episcopi, & minus principes secularis, circa bona, que debentur priuatis, & iusta de causis restituenda sunt pauperibus, aut insumenda sunt in alijs operibus pijs.
 8. Compositionem sperando, quousque peccent, qui differunt restituere aliqua insumendo illa in opere pio. Qui autem esset in proposito non restituendi, si compositio non concedatur, in statu esset damnationis æternæ.
 9. Compositio facta, si compareat creditor, ad quem attingebant, illi sunt integre restituenda in exteriori, & in conscientia foro.

DOctores communiter conveniunt, neque summi Pontificis autoritate posse validè fieri compositionem circa bona, que alicui certe persone debentur, ita vt illi, aut heredibus illius, restitui possint. Cum his computa ista incerta, cui in particulari debeantur, vt nihilominus inter aliquos certos, propter id dubium, diuidi debeant, de quibus Disp. 745. loquuti sumus. Neque enim summus Pontifex priuare quenquam potest re sua, illud debita, nisi propter culpam aliquam, cuius punio ad summum Pontificem attingit, & ob quam, qui in illam incidere, dignus esset ea pena: vel quando illum ita priuare re sua postulare omnino iniuriale bonum, quod raro aut nunquam euenit. Quo fit, vt circa bona, que ita debentur alicui certe persone, ut illi, aut heredibus illius, restitui possint, compositio locum non habeat. Solum ergo locum habet, proposita quaestio circa bona incerta, de quibus duabus disputacionibus præcedentibus sumus loquuti, itemque circa bona, de quibus licet certum sit cui debeantur, quia tamen fieri illi non potest restitutio propter absentiam, aut alia de causa, restituenda sunt pauperibus, vel insumenda sunt in alijs operibus pijs, pro anima illius, atque etiam circa bona, que, cum nulli in particulari debeantur, restitui debentur pauperibus, aut insumenda sunt in alijs operibus pijs, vt sunt fructus, quos beneficiarius suos non fecit, quique alteri particulari non sint debiti, & si que sunt similia aia bona. Circa hæc, inquam, omnia bona locum habet proposita quaestio, nati scilicet circa ea autoritate summi Pontificis ita fieri possit compositio, vt, qui illa tenent, soluendo aliquid longè minus ad subueniendum alicui publice necessitati, vel ad aliud opus pii, liberi re uera maneat ab obligatione restituendi re liquum, condonante id illis summo Pontifice pro potestate, quam ad id habet. Et quamuis non defuerint, qui id negauerint & multi, præsertim recentiores, ex illo falso fundamentis, sufficerent, nisi saltem, duabus præcedentibus disputacionibus à nobis euerfo, eam locum habere asseruerint, quod scilicet eo ipso, quod adhibitam competentem diligentiam ad sciendum illorum dominum, bona aliqua manet omnino incerta, ad quem pertineant, transeat dominium, aut ius ad illa in re publicam, aut in tenentem ea bona, solaque lege humana canonica distribuenda sint pauperibus, aut sint insumenda in alijs operibus pijs, eaque de causa ad summum Pontificem spectare concedere circa illa compositionem, quatenus sub positua illa lege iam cadunt: sequentibus tamen conclusionibus, quid hac de re sentiamus, paucis aperiemus.

Prima conclusio. Circa bona ecclesiastica, quorum restitutio facienda est ecclesijs, pauperibus, aut insumendo illa in alijs operibus pijs, potest summus Pontifex concedere ex causa rationabili compositionem. Rationabilis verò causa erit, si vt & consueat si nul fragilitati hominum, qui circa similia bo-

Prima conclusio.

Ana oneratas habent conscientias, neque facile damnationis statum egredientur, & vt illi contribuant ad subueniendum alicui caute publice, vel ad aliud opus pium, illam concedat pro longè minori quantitate, quàm sit, quod de eisdem bonis ita debeatur. Probat hæc conclusio, quoniam licet summus Pontifex dominus non sit horum bonorum, est tamen supremus illorum dispensator: ergo ex rationabili causa concedere potest eiuusmodi compositionem circa illa. Id quod vehementer confirmat vltus, quo frequenter illam concedit. Illud obserua, summos Pontifices non solere taxare summam, pro qua fieri debebat compositio, sed id remittere commissarijs ad id deputatis. Obserua deinde, summum Pontificem concedere facultatem componendi circa fructus beneficiorum, restitutioni obnoxios ob non citatas horas canonicas, aut alijs de causis, dummodo dimidium summam, pro qua fit compositio, tribuat ecclesiæ, cuius est tale beneficium, ad sumptus fabricæ eiusdem ecclesiæ, & alterum dimidium ad sumptus belli in defensionem ecclesiæ. Commissarius verò cruciatus decreuit, vt vsque ad summam centum mille maravedinorum compositio fieret, contribuendo pro quibuscunque quinque mille maravedinis quatuor regales argenteos, duos eorum in fabricam ecclesiæ, cuius esset tale beneficium: & duos alios Regi ad sumptus belli. Illud insuper obserua, quando restitutio fructuum beneficiorum faciendi non esset ecclesiæ, aut distribuendo illos inter pauperes, vel illos insumendo in alijs operibus pijs, sed restituendi essent alicui particulari personæ, vel restituendi essent alicui confocijs in eadem ecclesijs, qui interuendo illos suos fecissent, tunc locum non haberet compositio, sed restituendi omnino essent ijs, quibus in particulari debeantur, quique illos fecissent. Sic in ecclesijs cathedralibus, aut collegiatis, quosdam summam manualium distributionem attingit, quæ solum distribuitur inter presentes, ita quod plures inter sint, eo minor quantitas eius summam, vntumquemque contingit, & quo pauciores inter sunt, eo maior quantitas eiusdem summam vnicuique obtinetur, eueniat aliquem canonicorum, portionatorum, aut aliorum ministrorum, inter quos ea summa distribuitur, non facere suam partem aliquam eius summam, quam accipiat, teneatque illam restituere, locum circa illam non habet compositio: quia debetur confocijs, qui interuenerunt eidem canonicis bonis, in re illos distribuenda. Idem est dicendum de quibuscunque alijs redditibus, qui solum distribuuntur inter eos, qui inter sunt, pro rata diebus, quibus vtriusque interest diuini officijs, vt in ecclesia Euorensi fere totum triticum, & magna pars reliqua mensæ capitularis, illo modo inter canonicos, & reliquos præbendatos, distribuuntur.

Ceteri 22. quaestio. 1069. artic. 1. ad 7. ait, quando, spectatis circumstantijs concurrentibus, verisimile esset, summam Pontificem non intendere condonare per compositionem, sed solum extrahere ea via quod potest ex his, que ecclesijs debentur, quod aliter obtinere non potest, tunc, quia remissio & condonatio incrementi libera non esset, sed inuoluntaria mixte, non redderet eum in conscientia eum, qui ita componeret, sed tenentem restituere incrementum. Addit, quando compositio esset irritationabilis ac exorbitans, vt si pro modica re multum irritationabiliter remittere, non esse validam talem compositionem: quoniam summum Pontificem non dominum, sed dispensator bonorum ecclesiasticorum, neque ad id se extendit ipsius potestas. Atque consentaneè ad Casertanum loquuntur alij, quos 3. conclusio citauimus. Obserua tamen, quæ à summo Pontifice hac in parte fieret, aut ab ipsis ministris de illius autoritate, non essent temere dananda, aut iudicanda, sed

sed humiliter suscipienda, illisq; esset standu, quando luce clarior no constaret contrariu, vt regulariter no costabit. Praesertim cu in huiusmodi compositionib. saluti animarum, hominumq; fragilitati, consulatur, multaque ea via recuperentur in commune bonum, aut in alia opera pia, que alioquin nunquam restituerentur: & cum eiusmodi compositiones solum concedantur in conscientia foro, quando in exteriori non constat deberi, neque cogi in exteriori foro detentores eorum bonorum possunt, vt illa integre restituant. Quando autem cogi aliquis in exteriori foro optime possit integre restituere, & absque rationabili causa magna summa pro modico illi remitteretur, aut solum remitteretur illi magna summa pro modico, quia difficilis ad modum est, ac magna potentia, tunc locum habere possent, quae eo loco Calet. tradit.

Secunda conclusio.

Secunda conclusio. Quando aliqua idem praecise restituenda essent pauperibus, aut infumenda essent in alijs operibus pijs, quod accipiens in penam factus esset incapax illorum per legem, aut ex eo, quod dans similitur in penam eo ipso priuaretur illis nulla expectata sententia, tunc licita ac valida esset compositio circa huiusmodi res pro longè minori valore: si tunc possit, non solum autoritate summi Pontificis, sed etiam principis, aut alterius, cuius autoritate ea lex fuisse condita. Hanc affirmat Cotar. reg. peccatum. p. 3. §. 1. nu. 3. probatque potest. Quoniam dispositio illa, & obligatio ita restituendi, sicut ex potestate eius, & obligatio ita restituendi, sicut ex potestate eius, & obligatio ita restituendi, ergo, vt potest remittere obligationem illam, applicatque valorem illum ad quod voluerit, ita concedere licite ac valide poterit compositioem circa illum pro interesse aliquo ad aliquid bonum publicum, vel ad aliud opus pium.

Tercia conclusio.

Tercia conclusio. Quando aliqua idem restituenda essent pauperibus, aut infumenda essent in alijs operibus pijs, quod dominum habentis, sed ignorantem, aut notum, cui ob distantiam, aut alia ratione, fieri non possit restitutio, sed applicandum esset pauperibus, aut infumendum esset in operibus pijs, in euentibus, qui inferius ad Disp. 747. sunt explicandi, tunc, cum restitutio illo modo esset facienda in spirituale commodum eius, ad quem ea bona attinent, sane quamuis summus Pontifex tamquam supremus pastor, supremusque dispensator eorum, quae ad salutem conducunt animarum, concedere circa illa possit compositionem, applicatque, quod in compositione fuerit datum, in bonum aliquod commune ac publicum, vel in aliud pium opus, pro anima illius, ad quem spectant bona, circa quae fit compositio; id tamen fieri debet, seruata aequali utilitate eorum, quorum sunt eiusmodi bona, quoad id fieri possit, ac iuxta praesumptam eorundem etiam voluntatem, quantum commode fieri possit. Consentit Cotar. nu. 3. citato, qui melius, magisque perspicue, haec de re videtur loquitur, quam alij: atque iuxta haec accipienda sunt, quae docent Ioan. Med. de rest. q. 3. causa 11. Sotus. 4. de iust. q. 7. art. 1. ad 3. Nauari in Manu. c. 17. nu. 93. & alij. Ratio autem huius conclusionis est, quoniam sicut summus Pontifex priuare non potest homines rebus ipsis debitis, quando ipsi ad quos pertinet, noti sunt, vt in principio huius disputationis est dictum: hec, quando sunt ignoti, non amiserint dominium rerum suarum, nisi ve rerum sibi debitarum, priuare illos non potest, ipsis praesumptis iuris, quod habent, vt in ipsorum spirituale bonum expendatur, atque quam maxime fieri possit iuxta praesumptam eorum voluntatem, quae do non est rationalis causa, quae aliud efflagret: tunc enim, tanquam supremus eorum dispensator, quae in pias causas pro animarum salute sunt infumenda, quaeque non habent proprium illorum do-

minum administratorem, occurrunt rationali causa, reque pia, maxime ad commune bonum spectant, potest ad illam similia bona applicare. vt de legibus pijs a testatoribus relictijs Disp. 249. est dictum. Quo loco obserua, quando verisimile esset, nisi eiusmodi compositiones concederentur, multo paucior esse restituenda ac conuertenda in bonum spirituale eorum, ad quos ea bona spectant, idque nequitia & fragilitate eorum, qui illa tenent, vt regulariter euenire solet, tunc summus Pontifex vt illic agere negotium spirituale eorum, ad quos ea bona spectant, concedendo eiusmodi compositiones, simulque id efficere valde contentant ad praesumptiones eorundem voluntates, quae, attentis circumstantijs concurrentibus, id verisimiliter eligerent. Obserua item condonationem, qua summus Pontifex, tanquam Christi vicarius, vniuersalique pastor, debiti partem condonat, vt facilius accitius Christi fideles periculum suarum animarum euadant, esse opus tatis pium ac satisfactorium, quod prinde cedat in satisfactionem ac bonum eorum, ad quos pertinet bona, quae summus Pontifex eorum loco ac uoluntate eorum nomine condonat. Vt autem conclusio ne prima dicebamus, summi Pontificis non solum exprimeret quantitatem, sed etiam summam aliquam condonari via compositionis debeat, sed id committit commissarijs cruciati. In hoc autem regno commissarij exprimit, vt bullis cruciatae compositio fieri possit vsque ad centum mille maravedinos, tot bullas sumendo, quot fuerint quinque mille maravedini in tota summa, quam componere uolunt, atque soluendo duos regales argenteos pro singulis quinque mille maravedinis, qui ipsi ita condonantur. Quod si summa componenda centum milia maravedinos excedat, tunc pro incremento compositio fiat cum commissarijs ipsis cruciata.

Quod ad bona attinet, circa quae, iuxta tertiam propositam conclusionem, fieri potest modo explicato compositio, vt summum comprehendam, quae a nullis pluribus explicatur, dicendum est. Fieri potest, non solum circa bona, quae licite tenentur, comparatae sunt, vt sunt bona inuenta, quae tenentur animo illa restituendi, & plura alia sine peccato comparata, sed etiam circa bona illicita per usuram, furtum, aut aliam uiam iniustam, acquisita, quando, quod restitui non possunt vero domino, eue, ad quem spectant, restituenda essent pauperibus, aut infumenda essent in alia opera pia: quae autem hinc sunt, suis in locis est explicatum, explicandumque ad huc restat. Atque ad hanc regulam a nobis proxime traditam, adnotanda sunt omnia, quae a doctoribus hac de re traduntur, aut in exemplum adducuntur.

Dubium est, utrum sicut summus Pontifex concedere potest compositionem modo explicato circa bona, de quibus tertia conclusio loquitur: ita episcopi in suis diocesis possint circa eadem bona illam concedere. Ad quod, licet aliqui contrarium sentiant, negant arbitror esse respondendum. Quoniam sicut episcopi commutare non possunt legata, quando impleri possunt, vt Disp. 249. est dictum: ita neque concedere, possunt eiusmodi compositiones: neque id habet consuetudo. De principibus autem secularibus in multo minus credo posse illas concedere circa eadem bona infumenda in operibus pijs, de quibus conclusio, proposita est termino.

Quarta conclusio. Qui restituere tenentur bona aliqua, distribuendo illa pauperibus, aut infumendo illa in alijs operibus pijs, peccant, ea non restituendo, spe compositionis concedendae in futurum, nisi forte tantisper expectent, illam statim ex rationabili aliqua causa, per se, vel per interpositam personam, petendo, parati, si negetur, restituere statim ac

Quarta conclusio.

ne denegata fuerit compositio. Primum affirmant Nauar. & Sotus locis citatis. Et in euentu solo limitationis adhibita non repugnant contrariae quofundam aliorum sententiae. Quod si culpabiliter non restituant, posteaque compositio concedatur, tunc facta compositio, debet obligare ab onere restituendi. Si tamen in actuali proposito essent, esto per compositionem ab onere restituendi non liberarentur, nunquam restituere, in statu essent damnationis aeternae, nisi id praecum mutarent propositum.

Quinta conclusio.

Quinta conclusio. Si facta legitime compositio, praeter spem, comperiat, ad quae ea bona, circa quae facta compositio, attineret, tunc foro exteriori esse cogendus ea solvere illi, ad quem pertinebant, ac si compositionem non fecisset. Idem etiam est dicendum in foro conscientiae. Quoniam vt conclusio tertia dictum est, summus Pontifex compositioem praedicate non potest, neque intendit, iuri priuatorum, quo minus consequantur bona, quae ipsis debentur, neque potest concedere compositionem circa ea bona, nisi accommodatè ad rationabilem mentem talium creditorum: mens uero non rationalissima eorum est, vt compositionem non impediantur consequi sua bona, quod, seclusa compositio, illa obtinuerunt, si in culpa non sint inulti detentores.

DISPV T. 749.

Lusitanae leges circa animalia inuenta expenduntur, num ista sint.

Res restitutione inuentorum animalium quae obseruanda sunt.

Leges Lusitanae quae de restitutione animalium tractant, quod sint iustae, prolixè probatur.

Hae etiam disputatio & sequens ad res inertas spectant, in eisque solum est sermo de rebus inuentis. Ordinando uero ad Lusitanis legibus, libro 3. ordin. titu. 76. (corrupto latino uocabulo de inuento; vt uidentur, Lusitanè res quaedam inuenta, de reuo nuncupantur in eo titulo, & communi hominum sermone) neque in eo titulo sermo est de quibuslibetque inuentis, sed solum de animalibus quibuslibetque aliorum inuentis, siue pecudes sint, siue iumenta, aut alia armenta. Atque ubi praecipitur, ut quicunque inuenierit quodcunque animal a se inuenit, teneatur intra quinque dies a puncto, quo illud inuenit ac accepit, manifestare illud publicano, qui conductum habuerit emolumentum, quod inde poterit euenire, vel praefecto, qui ad id fuerit deputatus in loco, ubi publicanus fuerit, idque sub pena soluendi duplum, quod ita fuerit inuentum. Publicanus uero, aut praefectus ad id deputatus, teneatur cõtinuo facere scribere per seribam rediunt Regis, aut per tabellionem ad id deputatum, animal illud in libro publico ad id deputatum, exprimentes per quem, ac ubi, fuerit inuentum, signatque talis animalis. Item teneatur publicanus, aut praefectus ad id deputatus, ad ducere ad animal, aut animalia reperta, in singulis hebdomadibus ad locum in uia quaque ciuitate, on uila ad id deputatum esse que debet locis ciuitatis, on uila, dicitur, in quo id animal fuit repertum, & teneatur ita ad ducere praedictum animal per integros quatuor menses cõputatos a die, in quo in supra dicto libro fuit scriptum. Dies autem, in quo singulis hebdomadibus

ad eum locum debet adduci, esse debet feria tertia in locis, in quibus est consuetudo vt fiant ferias; mercatores publicos nostri dicunt, quae vt inter nos diebus Iouis fieri consueuerunt, ita in Lusitania consueuerunt fieri die Martis feriae tertia, vt illi loquuntur) in alijs uero locis, in quibus non consueuerunt fieri ferias, adduci id animal debet in quocunque die hebdomadae, qui in eo loco ad id fuerit deputatus. Item in eo loco singulis hebdomadibus publicanda sunt ea animalia ad eum locum adducta praecognis uoce, scribendaque sunt singula ea praecognia in eodem libro per eundem scribam aut tabellionem. Quod si intra praedictos quatuor menses comparuerit dominus animalis, probaueritque suum esse, illi est tradendum; solmetque publicano, aut ad id praefecto, expensas factas in eo custodiendo ac alendo. Si autem dominus intra praedictos quatuor menses non comparuerit, feruataque sint omnia, quae dicta sunt, ex parte publicani, aut praefecti, esse seruanda, tunc publicanus petit ad iudicium loci, ut sibi ad iudicet id animal; iudexque, cognito prius adhibitis fuisse praedictas omnes diligentias, teneatur illud ad iudicare, lataque ea sententia, cõparat publicanus dominum illius, illudque amittit eo ipso prior dominus illius, ita vt, esto postea compareat, proberetque suum fuisse id animal, non teneatur publicanus illud ei reddere. Publicanus uero praecipitur, vt tempore toto illorum quatuor mensium, neque uendere, neque interficere, neque abscondere, neque transferre possint praedicta animalia in alium locum, sed teneantur ea habere notet mo da uila on eadè, ubi fuerint reperta, & in loco ubi conspici possint, ac ferri ubi sint: atque haec omnia illi praecipiantur sub pena, vt puniantur, ac si illa esse feruati.

Quid de hac re sentiam, sequentibus conclusionibus explanabo. Prima est, si publicani seruent omnia, quae in ea continentur, & Rex potestates uel Regi subordinate, sufficienter uigilent, vt ea omnia seruentur, inquirendo sufficienter transgressores, eosque puniendo, atque, vt summum dicam, opere efficiendo, vt regulariter ea omnia praesentent, non est cur condemnetur, comparantque publicani dominium eorum animalium, quae, seruatis omnibus, quae in ea lege continentur, ipsis adjudicantur. Imò uero, qui aliena animalia reperiant, eaque publicanis, aut alijs praefectis ad id deputatis, non manifestant, eaque de causa publicanos emolumento aliquo priuatis, contra iustitiam peccant, restituereque eis tenentur, quantum altimabitur emolumentum, quo eos priuatis: nisi bona fides, inuincibilisque ignorantia, quod teneantur illis manifestare ac tradere ea animalia, eos ad restituendum onere excuset. Eodem modo, si quia ea non manifestant, ac tradunt publicanis, dominium eorum animalium suis priuatis animalibus, quia publicani adhibuerint diligentias omnes lege relata praescriptas, dominique comperissent sua animalia apud publicanos, eaque accepissent, sane teneatur restituere dominis eiusmodi animalium, statim inde eis sequuta, nisi similiae inuincibilis ignorantia excusetur.

Prima pars huius conclusionis ex eo probatur, quod ea lex credit in utilitatem publicam, in commodumque dominorum tantum animalium, qui si omnia seruentur, quae ea lege continentur, facile inueniant sua animalia deperdita, quae alioquin non facili, sed multo eum labore, inuenirent, multoque illa animo amiserent, lexque illa sufficiens tempus sufficientissimamque diligentiam fieri praescribit, quae si seruentur, dominique talium animalium negligentes omnino non sint, facile, ac regulariter sua inuenient.

Prima conclusio.

X uenient

uenient ac recuperantur animalia: ergo pro com-
muni bono, atque in pramium eorum, quibus ex of-
ficio incumbet executioni mandare predictas
omnes diligentias, ac simul quasi in poenam eorū,
qui tanto tempore negligentes essent ad inquirenda
sua animalia, quae tam facile accedendo ad ea loca,
aut inquirendo ab alijs, qui ad ea loca accessissent,
poterant inuenire, potuit princeps illos priuare do-
minio talium animalium, illudque eis applicare, qui
bus incumberet eas facere diligentias: quemadmo-
dum lege prescriptionis priuare homines potuit do-
minio suarum rerum, illudque bonae fidei talium re-
rum possessoribus applicare. Quin arbitror, popu-
lo id postulante, ac precipue dominis peccatis, eam
legem in eorum bonum fuisse sancitam. Vnde non
probo sententiam Couar. reg. peccatum. par. 3. §.
primo, n. 6. §. asserentis similem aliam legem
huius regni (de qua sequenti disputatione, erit ter-
mo) iustam non esse, nisi in euentu, quod post factas
diligentias omnes ea lege praescriptas ad inuenien-
dum dominum, comparante domino, res ipsi re-
stituatur.

Secundam vero partem, quod scilicet, si serua-
rentur, quae in ea lege praescripta sunt, contra iusti-
tiam peccaret aduersus publicanum, qui illi non ma-
nifestaret ac traderet animal inuentum, teneaturque
restituere illi aestimationem emolumentum, quo
ea ratione illum priuaret, nisi, qui animal illi non
manifestaret, a culpa excusaretur inuincibili igno-
rantia, probatur. Quoniam publicanus per eam le-
gem iustum comparat ius ad emolumentum il-
lud, quod vitalis legis illi poterat obuenire: ergo
qui ea animalia eis, iuxta praescriptam eius legis, non
manifestaret, eo iure priuaretur commodo illius
spem, contra iustitiam peccaret, illique restituere te-
neretur, quantum ea spes ad id commodum aesti-
maretur. Si autem non manifestantem id animal
excusasset ignorantia inuincibilis, neque ex illo ef-
fectus locupletior, quia iam integrum distribuisset
pauperibus, aut insumpisset in alijs operibus. pijs
pro anima domini illius, tunc ad nullam restitutionem
tenderetur, quia neque ex parte rei acceptae, ne-
que ex parte iniustae acceptationis.

Tertia vero pars, quod scilicet in eodem euentu
peccaret contra iustitiam aduersus dominum ani-
malis, & teneatur ei restituere, quantum aestimaretur
detrimentum inde ei sequutum, nisi similiter eū
excuset ignorantia inuincibilis, satis perspicua est.
Quoniam, supposita lege, obseruationeque integra
illius, iniuriam illi faceret, quae eederet in damnum
iniustum illius, priuando illam iniuste via illa valde
accommodata ad inueniendum ac recuperandum
suum illud animal.

Secunda conclusio. Si publicani aliquid eorum,
quae lege relata praescripta sunt, praetermittant, oc-
cultando, interficiendo, transfecendo in alium lo-
cum animalia inuenta, praetermittendo aliquid eor-
um, quae ea lege facere praecipiantur, antequam a-
nimalia illa ipsis adiudicentur, vel in illis exequen-
dis fraude aliqua, aut dolo, utendo, vt eligendo ad
praeconia tempora, in quibus homines solent minus
conuenire ac accedere ad locum ad ea praeconia de-
stinatum, vt dum ho mines communiter praudent,
aut simili alia fraude, utendo, peccant contra iusti-
tiam, restituereque tenentur illorum dominis ani-
malia ipsis adiudicata, si qua uia comparere illos pos-
sint: in minus restituta teneatur pauperibus, aut
insumere illa in alijs operibus pijs, tanquam bo-
na incerta, pro animabus eorum, quorum ea ani-
malia erant. Probatur, quoniam lex non concedit
illis dominium eorum animalium, neque priuat il-
lorum dominos iure suo ad dominium, nisi sub con-

Secunda
conclusio.

ditione, si publicani prius seruent omnia, quae ea le-
ge praescripta sunt; essetque lex iniusta, si aliud sta-
tueret: ergo publicani quandoque non seruant
ea omnia, quae lege illa praescripta sunt, restituere te-
nentur animalia virtute eius legis ipsis adiudicata:
quod, vt eadem lex statuit, puniendi insuper sunt tan-
quam iures, non secus ac si ex proprijs illorum do-
minis iurati illa fuissent.

Tertia conclusio. Si (vt fama erat in Transi-
tana regione, dum in Lusitania commorabar) pub-
licani saepe non seruant, quae lege relata seruari pre-
cipiuntur; tunc, qui eiusmodi aliena animalia inueni-
unt ac retinent, non tenentur ea illis tradere, sed
per se ipsos possunt, ac debent facere competentem
diligentiam ad inquirendum ac inueniendum pro-
prium illorum dominum, vt illa ei tradant: praeter-
tunc si aequè sit verisimile, eiusmodi animalia ea via,
deuentura esse ad illorum dominum, ac via publi-
canorum; vel si praesumptio fit, dominum contem-
tum fore, vt publicano non tradantur. Facta autem
tunc competentem diligentiam per eiusmodi priuatum
detentorem talium animalium, si spes non sit
dominum inueniendi, tunc pauperibus, tanquam
bona incerta, sunt distribuenda, vel ipsa, vel eorum
aestimatio, aut insumenda sunt in alijs operibus
pijs, pro eius anima, cuius erant. Probatur, quoniam
cum publicanus lege abutatur in reipublicae
dominorumque eorum animalium praedictum, ius
sanè vi eius legis non habet, vt ei tradantur: quin
potius, si aliunde ea traditio non excusaretur, modo
conclusionem sequenti explicando, iniuria illa esset
domino eorum animalium; cum onere ipsi illa res-
tituendi. Neque lex esset iniusta, si tunc ei contem-
piteret, vt publicano, ea lege abutenti, traderentur
id quippe esset, quod cooperati ad peccatum ac iniu-
ritiam publicani.

Quarta conclusio. Quia lege relata poena dupli-
statuta est retinentibus eiusmodi animalia, nisi illa
publicano manifestent intra quinque dies à pun-
cto, quo illa inueniuntur ac accipiunt: eaque po-
ena seuerè solet executioni mandari, publicanis va-
rijs modis inquirentibus; quibus illa retinere
manifestatio verò & traditio eiusmodi animalium
publicano, ex se non est mala; sed publicanus est,
qui sua nequitia solet ea abuti: saepeque euenire so-
let, vt domini ea uia inueniant, acquirantque sua
animalia: & quia legis auctoritas fit: sanè nec pec-
cant, nec restituere tenentur, qui, vt poenam eu-
adant, publicanis manifestant ac tradunt ea ani-
malia, nihil impediente, quod iuste timeant, eos
cum iniuria dominorum, quorum sunt ea ani-
malia, seruaturos non esse, quae lege eis praescripta
sunt. Haec conclusio probatur, quoniam nullus
cum tanto suo onere tenetur, id omittit, quod ex
se non est malum, legique aut onerata sit. Potest
tamen verò ipse publicus uideant, quia ratione talia ea
lege praecipiant, non curando a seruo ac feruè, vt que
eadem lege praecipiantur, ex actè ac integrè execu-
tioni mandentur.

Quinta conclusio. Lusitana lex relata tolli de-
beret, aut mutari. Quoniam reuera occasio est, multique
conqueruntur, fraudes ac iniustitiae: multique
publicanis committi, minime, quae lege sunt praes-
cripta, seruantibus, eaque ratione inueste aliorum
bona vsurpantibus. Fraudem autem dicuntur quam
sepius committi, transfecendo animalia reperta
in districto vniuersi ciuitatis, aut villae, quam vo-
cant, in aliam ciuitatem, aut villam, ibique execu-
tioni mandando praeconia. Item non toties praeco-
nia continuando, quoties lex praecipit, neque tem-
pore, quo homines eo conuenire solent. Item

Tertia con-
clusio.

Quarta con-
clusio.

Quinta con-
clusio.

interficiendo eiusmodi animalia, eorumque carnes
vendendo. Item illa occultando, nec publice in con-
silio, in quo sunt reperta, illa pascendo, alijque in-
missilibus modis. Atque cum eiusmodi emolumenta
in vnaqueque ciuitate, aut villa, locentur aliquod mil-
libus marae, iudiciorum, seu rebus, puta quindecim, vi-
ginti, vel alia minori aut maiori summa, prout fue-
rit lapsus: & qui id emolumentum conducunt, ad
lucrandum illud conducunt, operamque ac laborem
apponunt, neque esse solent viri timorati, neque in-
quiti solent de eorum excessibus ac iniustitijs, ne ar-
ceantur ab eo in eundem contractu; sanè lex relata non
potest non esse occasio multarum iniustitiarum ac in-
iustitiarum. Quapropter, qui regni regimè in manu
teneat, illique, quibus in eorum regno est commissum exa-
minare, quae ad Regis conscientiam pertinent, vi-
deant, nam tunc conscientia tolerari lex relata pos-
sit praeteritum non curando, vt abusus, qui circa illa
committuntur, efficaciter de medio tollantur. In
haec Castella regno melle, quas vocant, varijs in lo-
cis, statuti anni temporibus, celebrantur, quod con-
suetudo solent pecorum domini, quique negotia circa
lanas, & alia, ad pecora artem, habent, ibique ma-
nifestant pecorum emolumenta, quas pecudes aliorum
deperditas in suo grege habent, sicque multa peco-
ra deperdita inueniuntur, praeter illa, quae inueniuntur,
facta diligentia à dominis, & ab illorum custo-
dijs, in territorijs, in quibus fuerunt deperdita, at
que, vt experientia docet, raro pecora non inueniuntur.
Fortasse expediret, vt simile in Lusitania fieret,
lexque illa abrogaretur.

DISPUT. 750.

Leges huius Castella regni circa
inuenta.

SUMMARYM.

- 1 In rei inuenta restitutione quid obseruandum.
- 2 Regnum Castella applicauit lo mostrenco fratibus Mercenarijs in redemptionem captiuorum, locusque est praenotioni inter eos.

Quar. reg. peccatum. par. 3. §. primo, n. 5.
leges reuert, tum huius Castella regni, tunc
etiam quorundam aliorum regnorum, qui-
bus sancitum est, vt quaecunque inuenta,
alioquin transacto certo tempore, factisque ritè
eis omnibus diligentijs, sicut ad iudicentur, aut alijs
quibus lege, consuetudine, aut privilegio sunt con-
cessa. Leges huius regni reuultimus supra Disput.
681. §. lege 6. & 7. vbi etiam adiciamus; leges illas,
quoniam in noua collectione sunt insertae, nullibi ef-
fere in vsu, vt quae illis sancita sunt, feruentur, ac proin-
de vim non habere in hoc regno, sed de rebus inue-
tis esse id faciendum, quod, seculis eis legibus, di-
sputationibus praecedentibus est explanatum, faciè-
dum etiam circa inuenta, & circa alia bona incerta.
Couar. loco citato, vt iniustas eas leges damnat, e-
tiam si fiant diligentia: omnes illis praescriptae, ne-
que tutum esse in conscientia illum, cui res inuenta
post factas eas omnes diligentias essent ad iudicata,
nisi eis statuantur, vt comparante domino rei post
eas diligentias factas, & post eam ad iudicacionem,
sua illi tradantur. Ego vero tutum illum in con-
scientia redderem, neque tales leges damnarem, si
Tom. III. Pars Posterior.

omnibusque illis fieri praescripta sunt, ad unguem es-
sent seruata. Castella regnū fratibus Mercenarijs ac
Trinitarijs applicauit lo mostrenco in redemptionem
captiuorum, locumque est praenotioni, qui eorum
fratrum priores illud petant accipiant. Furtiuè
Philippum secundum idem illis confirmasse, Grego-
riumque decimum tertium idem illis confirmasse, G-
regoriusque apostolicis eos obtinere paulinas,
vt per censuras melius ea bona in tā sanctum sine ac
opus obtineantur. Dicendum est, si eiusmodi fra-
tres, per ministros, quos ad id in varijs oppidis ha-
bent deputatos, fideliter exequantur circa res inuen-
tas praescripta omnia legibus huius regni ad inueni-
endum verum illorum dominum, vt, si comparuerit,
ea illi tradant, tunc eas res ipsi ad eum finem de-
beri, quantum privilegij suis fuerit competentum eas
ipsis ad eum finem esse applicatas, & non amplius.
Quae autem seruare debent, vt ex dictis Disput. 681. &
tata liquet, haec sunt: Vt per quatuordecim menses à
puncto, in quo talis res fuerit reperta, latens de
manifesto, y la hazan pregonar en publico cada mes v-
na vez en el dicho lugar por pregonero conuido del tal
lugar, y que los tales pregones se hazan en dia de merca-
do. Si verò praedicta omnia non seruatur, eis non de-
benur: quoniam non alia ratione sunt eis conce-
ssa, neque concedi poterunt, nisi seruat is condi-
tionibus. Nunquam autem adiuntur eiusmodi
praeconia ab eiusmodi ministris fieri. Atque ipsi vi-
derint num cum iniuria dominorum, & cum onere
restituendi eis dama inde eis subuejunt, per mini-
stros suos haec vsurpent, non sciendo competen-
tem diligentiam vt domini reperiantur, cuique resti-
tuantur.

DISPUT. 751.

Quid sit restituendum. Quod si pereat,
aut dum mittitur, non perueniat ad eum,
cui facienda est restitutio, cui pereat.

SUMMARYM.

- 1 Restitui debet eadem numero res, quae debetur, si res determinata in singulari debeatur, restituique possit, et is, cui debetur, consentit non sit eguualen- ti, alioquin culpa incurritur, & restituendum est damnum, si, quia non restituitur eadem res culpa debitoris, damnum aliquid sequatur. Quando debetur res indeterminata in individuo, equiualeat res restitui debet.
- 2 Restituitio obligatio cessat, quando res debebatur determinata in individuo, et perijt, aut ad credito- rem non peruenit absque culpa debitoris, & nec con- tractu nec inuis dispositione tenebatur ad id detri- mentum. Secus si nihil bonum interuenit.
- 3 Si debebatur res determinata in individuo, interuenit, inuisa illius detentio, quae occasio fuit, quod res periret, aut non deueniret ad creditorem, resti- tuenda illi est.
- 4 Si debeatur res indeterminata in individuo non prius censetur ei debito satisfactum, quam tradatur credi- tori, aut alteri, qui rics ad id a creditore habeat.

Disputatio haec facillè expediri potest, ex
dictis Disputat. 296. §. 61. & 62. ac ali-
bi in praecedentibus. Quando id, quod
debetur, est res determinata in singu-
lari, tunc, siue ex delicto debeatur, siue ex contra-
ctu, siue quacunque alia ratione, tenetur debitor
eandem numero restituere, seu solvere, si id fie-